nomine meo quia Christi estis: a
men dico vobis quia non perdet mer
cedem suam. Et quicumque scanda
lizaverit unum ex hiis pusillis cre
dentibus in me: bonum est ei magis
si circumdaretur mola asinaria in
collo eius et in mare mitteretur.
Et si scandalizaverit te manus
tua: abscide illam. Bonum est
tibi debilem introire in regnum dei:
quam duas manus habentem ire in ge
hennam in ignem inextinguibilem.
Ubi vermis non moritur et ig
nis non extinguitur. Et si pes
tuus scandalizat te: amputa
illum. Bonum est tibi claudum intro
ire ad vitam eternam: quam duos
pedes habentem mitti in gehennam
ignis inextinguibilis. Ubi vermis
non moritur et ignis non extin
guitur. Et si oculus tuus scan
dalizat te: eice eum. Bonum est
luscum introire in regnum dei: quam
duos oculos habentem mitti in gehen
nam ignis. Ubi vermis non
moritur et ignis non extinguitur.

Dominica .ix. Officium.

Ecce deus adiuvat me et dominus
susceptor est anime mee averte mala inimi
cis meis et in veritate tua disperde illos
protector meus domine. *Ps.* Deus in nomine
tuo salvum me fac et in virtute tua iudica me.
Largire nobis quesumus domine *Or.*

nobis semper spiritum cogitandi que
recta sunt propitius et agendi: ut qui
sine te esse non possumus: secundum te
vivere valeamus. Per. *Ad Corinthios.*
Fratres: Non simus con*cu*
piscentes malorum: si
cut et illi concupierunt. Neque
ydolatre efficiamini sicut qui
dam ex ipsis: quemadmodum scrip
tum est. Sedit populus manducare et bi
bere: et surrexerunt ludere. Neque
fornicemur sicut quidam fornicati
sunt: et ceciderunt una die tria
milia. Neque temptemus Christum sicut
quidam eorum temptaverunt: et a ser
pentibus perierunt. Neque murmura
veritis sicut quidam eorum murmu
raverunt: et perierunt ab extermina
tore. Hec autem omnia: in figura conti
gebant illis. Scripta sunt autem ad
correctionem nostram: in quos de
venerunt fines. Itaque qui se ex
istimat stare: videat ne cadat.
Temptacio vos non apprehendat:
nisi humana. Fidelis est deus est:
qui non patietur vos temptari supra id quod
potestis. Sed faciet cum temptacione
etiam proventum: ut possitis sustinere.
Gr. Domine dominus noster quam admirabile est
nomen tuum in universa terra. *V.* Quoniam eleva
ta est magnificencia tua super celos. Alleluia. *V.*
Exultate deo adiutori nostro iubilate deo
iacob sumite psalmum date iocundum.

tum cithara. Sc̄dm Lucam.

In illo t̄p̄e: Dixit ih̄s disci-
pulis suis parabolam hanc.
Homo quidā erat diues q̄ ha-
bebat uillicū: et hic diffamat⁹
est apud illū quasi dissipasset
bona ipsius. Et uocauit illū:
et ait illi. Quid hoc audio de te.
Redde racionē uillicacionis
tue. Iam enī nō poteris uillica-
re. Ait autē uillicus intra se.
Quid faciam q̄r dn̄s meus au-
fert a me uillicacionē. Fodere
nō ualeo: mendicare erubesco.
Scio quid faciam: ut cū amo-
tus fuero a uillicacōe recipiant
me in domos suas. Conuoca-
tis itaq; singulis debitorib; dn̄i
sui: dicebat p̄mo. Quantū de-
bes dn̄o meo: At ille dixit. Cē-
tū cados olei. Dixitq; illi. Acci-
pe caucionē tuam: et sede cito
scribe quinquaginta. Deinde
alio dixit. Tu uō quātū debes.
Qui ait. Centū choros triti-
ci. Ait illi. Accipe lr̄as tuas et
scribe octoginta. Et laudauit
dn̄s uillicū iniquitatis: quia
prudent' fecisset. quia filii hui⁹
seculi prudenciores filiis lu-
cis in generacōe sua sūt. Et
ego uob̄ dico. facite uob̄ ami-
cos de mammona iniquitatis:

ngelus

ut cū defeceritis: recipiant uos
in eterna tabernacula. Off. Iusticie
dn̄i recte letificantes corda et dulciora sr̄
mel et fauū nam et seruus tuus custodit.
Suscipe iiij ¶ et cet. Secreta.
Munera q̄s dn̄e que tibi defe-
rim⁹ ut in sacro scā misteria grē
tue operante uirtute et presentis
uite conuersacione nos sanctificent
et ad gaudia sempiterna nos per-
ducant. p̄ dn̄m. Com. Primū queri-
te regnū dei et omnia adicient uob̄ dicit
Sit nob̄ dn̄e q̄s p̄co. ¶ dn̄s
reparacio mentis et corporis
celeste misterium. ut cui⁹ exequi-
mur accionē senciam⁹ effectū. p̄.

Secreta
largita

Fer. iiij. ep̄la. ad romanos.

Fratres: Nescitis quia cui
exhibuistis uos seruos
ad obediendū: Serui estis ei
cui obedistis. Siue pcc̄i in mor-
tē: siue obedicionis ad iusti-
ciam. Gr̄as autē deo q̄ fuistis
serui pcc̄i: obedistis autē ex to-
to corde in eam formā doctrine
in qua traditi estis. Liberati aūt
a pcc̄o: serui facti estis iusticie
in xp̄o ih̄u dn̄o nr̄o. S. Lucam

In illo t̄p̄e: Dixit ih̄s d. s. Qui
fidelis ē in minimo: et in maiore
fidelis ē. Et qui in modico iniq⁹
est: et in maiore iniqu⁹ ē. Si er-
go in iniquo mammona fideles